

corda παραχωρημῶς permissivè, quæ tamen permissio nuda & otiosa non est, sed multis providentiæ actibus stipatur. Conjuncta enim est cum determinatione & directione, & tandem etiam punitione, vel in resipiscentibus remissione peccatorum. Confer. Meisn. Anthropol. Dec. 3. p. 150. Doct. Cundisium in Compend. Hütteri. p. 543. Matth. Sophist. p. 39. Doct. Franzium de Interpret. S. Script. p. 554. 558.

8. *Quod Cæsaris est, tu malè tibi vendicas,  
Sed pecunia hæc est Cæsaris,  
E. Tu malè illam tibi vendicas.*

Resp. Phrasis Cæsaris esse, vel de imagine Cæsaris & scripturâ monetæ impressâ. vel de proprietate, dominio & possessione Cæsaris accipi potest. In priori significato Cæsaris pecuniam habere potes: in posteriori non.

9. *Quod Petrus est, non est Paulus.  
Petrus est homo.  
E. Paulus non est homo.*

Resp. non valet consequentia propter fallaciam *Amphibolias*, quæ committitur in majore propos. Potest enim intelligi, vel  
secun-